

## Alte Drucke

**SCRIPTVM || A RECTORE ACA=||DEMIÆ VVITEBERGENSIS ||  
PVBLICE PROPOSITVM, IN FVNERE || Nobiliss: adolescentis  
MARCI HOHENFEL=||DERI Austriaci ad ...**

**Hohenfelder, Marcus**

**Witebergae, 1571**

**VD16 ZV 31058**

**EPITAPHIVM HONESTISSIMI ADOLESCENTIS, NOBILITATE GENERIS ANTIQVA ET  
IN SIGNI VIRTUTE ET PLESTATE ornatissimi, Marci ab Hohenfeld, pie in Christo  
defuncti Vvitebergae.**

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

EPITAPHIVM  
HONESTISSIMI ADO-  
LESCENTIS, NOBILITATE GENE-  
RIS ANTIQVA ET INSIGNI VIRTUTE ET PIE-  
TATE ORNATISSIMI, MARCI AB HÖHENFELD, PIĘ IN CHRIS-  
TO DEFUNCTI VVITEBERGAE.

Οὗτος MARKON ἔχει τύμβον γένερον ἐνθάδε, οὗτοι  
μόρσιμοι ἀποδίδονται εἰλε τέλον δανάτοι,  
νηπέμων γένος ὅντα, κεκασμένοι ἐυσεβίᾳ  
ἡθεσι τε χριστοῖς ιψοὶ καλοκαγαθίῃ,  
δύσμοδοι, ἢ πάτρης ἑκάς ὥλετο πολυβοτείρης,  
ἔγχυτοι, ἀλειακὴ τόνδι ἐκάλυψε κόνις,  
καὶ διαδικρίνεται λίπει τῇ μικτέρι κεδύῃ,  
ὡς ιψοὶ ἀδελφεῖς τοῖς τε οὐλοισιν ἐστι.  
Φεῦ φεῦ ἀνδροφόνος θάνατος τί ποστορ ἀπώλεια  
οὐδὲ καὶ οὐθέων φαδόμενος σαλερῷ:  
ἔρπαστοι οἵτις βραχὺ τέργακα λελειμμένοι ἐστοι  
μᾶλλον γηραλέάς τους πολιορκοτάφοις.  
ἄλλα συ φείδεοις πάνυ μικρενόδιοι οἱδιαζ ἀπάντωμ,  
πάσιν ἐπιχθονίοις αἴσιμοι ἡμαρτῶγαρ.  
ισοφόνως δρεπάνη πενίλων ιψοὶ πλάτορ ἐλαύνεις,  
συμ μεγάλοις μικρούς σάπτε γέρσοι νέαζον  
ὧς ιψοὶ τόνδε νέορον γλυκερῆς αὖλων θάμερσας,  
κοσμηθέντες γανοῖς οὐθεσιν οὐδὲ ἀρετῇ,  
ἢ τε θέος, ἀλλὰ νοορ ἁδίως πολιορκησμοῖς  
ἐπλετο τοι, λελαχώμ ἐνσοχοι ἡλικίω.  
ὑπαρέως σκοπίαζε θεόκλιτα δώματα ναῶ,  
χριστοειδές λαῖς ἐις ἐρ ἀγερομένα.  
ιδμοσῶντες τεχνῶν διδαχῶν συζεύξες θεόδη,  
γνῶσθιν ἔχωμ ἐτύμλων κέος ἀμφὶ θεό.  
ἢτι μόνον μεσίτης θείκης προπάροιθεν ὄπωπής,  
ικέσιος σωτῆρ χριστὸς ἀλεξίκακος.

ἀιματη

άιματι πορφυρέῳ δέστ<sup>τ</sup> θύμηλεψί τε καδ<sup>τ</sup> ἡμῶρ,  
γεαφθεὶρ χερόγαφορ δειπεσίοιο νόμῳ.  
καθεστι ιψή σεμνοῖς βίοις κόσμικσερ ἀπαντα,  
πισός σωφροσύνης ἦμ<sup>τ</sup> ακόλυθος ἀει.  
οὐδὲ διοπλαιέεσιρ διμίλεε πώποτ<sup>τ</sup> ἐταίροις,  
ἀλλά σαοφρονέωμ φεῦγε κακῶρ φιλίω.  
αὖτις ὑπό χλωρῆσι παρῆσιρ ἥσανει μέδωρ,  
οὐδὲρ ἀπό σόματος τις καλύει μέσχομ<sup>τ</sup> ἐπώ.  
κανδώ<sup>τ</sup> ὄφαλόμενοι ιψή αφειδέστι χερσὶ μέμοιει,  
παιδεύταδις σφετέροις πρόφρονι τίσε νοῶ.  
ἀλλ<sup>τ</sup> ἔμπης τοιτ<sup>τ</sup> ἐώμ, νεότητώ<sup>τ</sup> ἐπ<sup>τ</sup> οὐδὲ  
κατθαρ<sup>τ</sup>, ἀμφορείω κῆρι μακαράμει<sup>τ</sup>.  
οῖορ δὲ κρίνορ ἐυώδεις βρύει ζαθει λευκῶ,  
καλῶς τηλεθάροι καπορ ἀρ<sup>τ</sup> ανθοφυη,  
ἐλθό<sup>τ</sup> θέζαπίνης λάβρρανέμοιο θύειλλα,  
θέζετάννυας ἐπί γῆ σθέασε τε καλλώ<sup>τ</sup> ἀπαρ.  
τύπομ τόδε νέορ θάνατώ<sup>τ</sup> καὶ μοῖρα πραταν<sup>τ</sup>  
ἔλλαξε, τῆς ἕβης ζανθώ<sup>τ</sup> ἔχοντα περέν.  
κλαίει μιρ μητήρ, κλαίει μιρ δεδελφεός θύε,  
κλαύσιντε φίλοι κένορ αποιχόμβυορ.  
ἀλλά γόωρ παύειθε, φίλοι, μητερ καὶ δεδελφε,  
νεκρός ἐπει θεώνωρ ἀξιορ οὐδὲρ ἔχει.  
ζώει ιψή χισοϊ δν ἀγκαλίδεασιρ ιαύε,  
προσδοκούωμ<sup>τ</sup> εὐκτήν ὄραμ ανασάσεωε,  
ὅπποτε τεθνέοτωρ παλινάγχετα σώματα φωτῶρ,  
ἀγγελική σάλπιγξ ἐε βίοι εἰκαλέσει.  
ζθνεα κλαίεθωσαρ έους πριώσια νεκρούς,  
ἀγνώσαντα βροτῶρ φρεσιρ ἔγορσιρ έη.  
ιμεῖς ἀρ σκρήζετ δύμως πληνότα θυμόρ,  
αντίν ἐπερχομένης ἐλπίδ<sup>τ</sup> ανασάσεωε.  
ζισανθίε τότε γαύρ σφετέροι γνωρίσετ<sup>τ</sup> ίδόντε  
γνωσόμ, ἀδελφόμ, ψόμ, μητέρ, ἀδελφε, φίλοι,  
χάρματώ<sup>τ</sup> οὐρανίς μέτοχοι τ<sup>τ</sup> εσεθε σύμ αντώ,  
τόμ θεόρ οὐθόμλοι αντοπρόσωπορ ἀει.

M. Christoporus Freius.

VERSUS

VERSUS FVNEBRES  
IN OBITVM NOBILISS: ADO-  
LESCENTIS MARCI HOHENFELDERI  
Austriaci ad Aistersheimum & Almec-  
cum, facti à  
LAURENTIO COLLINO.

Quam fragiles hominū sint res, quām vita caduca,  
Pectora quām varijs subdita nostra malis:  
Nulladies huius miseri non edocet æui,  
Quo cuncti iuinctæ mortis imago sumus.  
Scilicet ut ramis folijsq; virentibus instat  
Caurus, & hæc sœuo murmure sternit humi:  
Sic hic, sic illic fatum nos flebile frangit,  
Exilio, curis, morte, dolore, fame.  
Et velut ille ferit ramos grandesq; leues q;  
Sic pariter iuuenes hoc rapit, atq; senes.  
Ac alias alijs ærumnas casibus addit,  
Quis grauior leti vix queat esse dolor.  
Et vel fortunis spoliat, curáue latente  
Affectos animos saepius intus edit.  
Aut fidis orbat, sanguis quos iunxit, amicis,  
Aut viduat casto, quos amor igne, toros.  
Sic hoc in terris mortales degimus æuum,  
Fortuna varias obijcente vices.  
Ac ipsi aut morimur, vel tristia funera nostrum  
Cernimus, & tristes mens agit ægra dies.

B      Qualis

Qualis erat Maij nonarum prævia quarta  
Materiam luctus, quæ dedit orta, nouam.  
Inuida dum talem nobis hoc tempore ademit,  
Qui patriæ & generis spes fuit ampla sui,  
Egregium iuuenem: quem gens Höhfeldica germeret,  
Et stirpis columen viderat esse suæ.  
Nam licet haud ætas esset matura, futuri  
Multæ tamen magni signa fuere viri.  
Nomen habebat autem Marcus, cum nomine quondam  
Ut claro similis moribus esset avo.  
Et mentem ornabat pietas, industria vitam,  
Nec leuis in casto pectore fucus erat.  
Magnus veterq; parens: cuius vel stemma decus fuit,  
Virtutis spectes maxima fama fuit.  
Nam pater in patriam meritis, virtute, fideq;  
Pluribus (ut liceat dicere) maior erat.  
Ingenio præstans, grauis, & facundus, honestus  
Cultor, & officio promptus ubiq; suo.  
Nec laude inferior mater, lectissima custos  
Coniugis, & prolis nobilis, atq; domus.  
Hinc puer ille trahens generosæ semina mentis  
Prima, decus gentis cœperat esse suæ.  
Urbs iacet ad ripas Anasi cognominis amni  
Illi ibi quem rapidis excipit Ister aquis.  
Laureaci veteris monumentum nobile, clæmens  
Cui cælum & multo fœnore diues ager.

Hac

Hac ubi natus erat (nam Marci stirpis auita  
Hoc etiam sedes una videnda loco est.)  
Mox puer assueuit studijs solerte magistro  
Pangelio, curæ cui quoq; parvus eram.  
Vnde scholas patrijs postquam vidisset ab oris  
Externas, studijs inuigilando bonis.  
Leucoreas etiam Musas, sed fractus adiuit  
Viribus, extinctus qua simul vrbe fuit.  
Non secus ac crescens arescit in arbore germen  
Nobile, quod fructum, quam ferat ante, perit.  
Et desiderium cultori & vota relinquit,  
Cuius in amissum vana cupido bonum est.  
Sed velut in vita castas properauit ad artes,  
Non lento Marci prima iuuenta gradu:  
Sic felix verè fuit exitus: altera namq;  
Ante oculos certæ vita salutis erat.  
Vita sua Christus nobis quam morte parauit,  
Quamq; pia recipit simplicitate fides.  
Hanc dum suspirat peccatus iuvenile salutem,  
Mortua deseruit Spiritus ossa toro,  
Æthereas arces subiens: ingentia turbæ  
Quà chorus electæ gaudia lætus agit.  
Felices nimium, quorum sic ducitur æuum,  
Talis ut hunc vitæ finiat hora diem.  
Nec metuat mortis, quocunq; in tempore fatum  
Triste mori cogit, mens animosa minas:

B ij Scilicet

Scilicet in uicto cum spes in vindice Christo  
Est sita: qui saeuæ mortis in arma ruit,  
Illi⁹ infringens telum, quod tendere contra:  
Nititur, ut diro seruet ab hoste suos.  
Ergo quid in tristes iuuat erupisse querelas  
Amplius, & totos ducere flendo dies,  
Cum nihil hic teneat: quod non mortale sit orbis,  
Nec sit qui fatum non ferat ipse suum.  
Quid caelo? quid sideribus? quid pulcrius astris?  
Quid, quod dura colit, rure virente, manus?  
Attamen interitum non haec, casusue supremos  
Effugient, lapsu corruita suo.  
Ailde quod ad tales cum tendant omnia casus,  
Atq. suum finem sint habitura breui,  
Non plane validum postremo tempore rerum,  
Naturæ veniat deficientis opus.  
Vnde citò haec moriens qui claudit tempora vite,  
Naturæ hunc fatum par habuisse pūta.  
Ac alijs huius subduci casibus æui,  
Quos fortasse graues tristior hora feret.  
Nobilis ergo parens, quæ plangis funera nati,  
Exequias lacrimis quid sine fine facis?  
Mortuus in vitam tuus est, tuus ipse perennem.  
Natus, & electos assidet inter auos.  
Et tu qui restas antiquæ gentis Achazi.  
Vnus, ut hoc generis nomen in orbe feras.

Tu quoq

*Tu quoq; disce tuam Domino committere vitam:  
Hasq; iube tumulo fratris inesse notas.  
Hoc pietas animam superas comitata sub arces,  
Exanimis Marci condidit ossa loco.  
Qui moritur iuuensis: quem gens Hohefeldica luget  
Vnde oritur: sed mors non grauis illa fuit.  
Quam vicit reddens puro se pectore Christo,  
Præmia qua moriens morte salutis habet.*

EPICEDION ALIVD  
IN OBITVM NOBILITATE ET  
PIETATE PRÆSTANTIS IVVENIS, MARCI  
Hohenfelderi in Aistersheim &  
Almegg

*Scriptum à  
Paulo Dinspeccio Ratisponensi.*

*D Rosequar extremo quo nam tua funera ritu,  
Seu qua tuo tumulo carmina digna canam:  
Non video: exanimem tua me sic inuida fecit  
Mors, mea sic lachrymis lumina plena fluunt.  
Et magis afficior, cum cogito gratia talis  
Quod mibi pro meritis sit referenda tuis.  
Nam mi Marce tuam immerito non defleo mortem,  
Et tua tam querula funera voce sequor.  
Dum me Musarum placidissima castra sequentem,  
Auxilio præsens sufficiente iuuas.*

*B ij Heu*

*Heu MECOENATEM me tam amississe benignum.  
Parcere non parcas (heu) potuisse tibi.  
Heu tam præstantem forma virtutibus, atq;  
Artibus excultum vermibus esse cibum.  
Defunctum meritò nos te lugemus, iniqua  
Mors quod te nobis sustulit ante diem.  
Namq; pepercisset si longius, atq; dedissent  
Fila magis Parcae mollia ducta tibi:  
Non patriæ afflictæ potuisse laude minori  
Inseruire, tuus fecit ut ante ante parens.  
Cuius adhuc hodie deflentur funera, dicitus  
Qui pater & patriæ & nobilitatis erat.  
Tām fuit insignis, tām prisci nominis Heros  
Tām patriæ studuit consuluisse sue.  
Iusticiam coluit: quæ dux fuit vñica vitæ,  
Partis in alterius fecit amore nihil.  
Voce repurgatum verbum cœlestè Lutheri,  
Posthabito est mortis fassus ubiq; metu.  
Addo quod ingenuas mirè dilexerit artes,  
Cui similes paucos tempora nostra vident.  
Quas cum delicias canæ requiemq; senectæ,  
Omnis item fontem nosceret esse boni.  
Institui primis his te curauit ab annis,  
Marce, & in æterni religione Dei.  
Iussit &, ut fieri posset felicius illud,  
Te patrys aliquot tempus abesse foci.*

*Nec*

Nec concepta Senem de te spes illa fecellit,  
Cum tibi Musarum corde sederet amor.  
Egregias igitur feliciter incipis artes,  
Et Latio linguam discere more loqui.  
Sanguine quo genitus venias ostendis ubiq,  
Ingenij & lateat vis tibi quanta, probas.  
Sic transit Virtus in dulcia pignora patrum,  
Semina naturae quisque parentis habet.  
Hoc fuit ostensum per te, qui vera fuisti,  
Et plane similis patris imago tui.  
Ex studijs aderant certissima signa, futurum  
Te patriæ dignum laudibus esse virum.  
Nouit id ERBERVS, quo tu Rectore petisti,  
Clara RATISPONÆ MARCE Lycea scholæ.  
Nouit id eximius SCHVLTHERVS ab arte Magi-  
Cui tua Tubingæ subdita vita fuit. (ster,  
Perdere prima tuæ voluisti tempora vitæ  
Non luxu, turpes res vel agendo nihil.  
Cura fuit tantum doctis lusisse Camoenis,  
Et culta Proauos mente referre tuos.  
Fecisses equidem : sed tecum luditur illa,  
Omnes qua nati conditione sumus.  
Nam primum ut geniti vitali vescimur aura,  
Mors venit, & firmum nil sinit esse diu.  
Sic VVITTEMBERGÆ dum vis ratione  
In studijs cursum continuare tuum. (priori,  
B iij Inspe-

*Inspferata tuo contagio corpore prodit,  
Signa secuturæ tristia mortis habens.  
Pectoris hæc tabes, tumor hic sit corporis unde,  
Miramur: nostrum nemo referre potest.  
Sobria vita fuit: moresq; fuisse modestos,  
Cum caro testis fratre Magister adest.  
Quotidianus morbum vires acquirere, vitæ  
Cernimus & nullam spem superesse tuæ.  
Exhaustis etenim vitali sanguine venis,  
Ad Christum placida morte vocatus abis.  
Instabilis miseris quam nos fortuna fatigat,  
Quam leuiter visus nunc homo stare cadit.  
Quam fragilis natura hominum: quam sede vagamur  
Incerta: veluti Cymba agitata Notho.  
Ecquis nobiscum te non lugeret ademptum?  
Quis lachrimas posset vel prohibere suas?  
Sic tua tamen pulchre iuuenilis floruit ætas,  
Versibus in primis non reticenda meis.  
A puero qualem vitam nam duxeris, illud  
Exitus ostendit mortis in articulo.  
Quando tuæ fidei confessio sancta fugauit,  
Ex oculis præsens quod fuit omne malum,  
Et Sathanam, qui non solo de corpore certat,  
Insidias animæ sed struit usq; pœ.  
Semper ergo obrepit, mortis quando aduenit hora,  
Pectora pertentans iam moritura minis.*

*His*

His tamen ille minis potuit te lēdere nunquam,

Marce: sed hoste tuo fortior vñus eras.

Tanta fuit cordis vis & constantia, tanta

In C H R I S T I meritum spesq; fidesq; tua.

Nam cum sentires labi per viscera mortem,

Et nullam vitæ spem superesse tuæ.

Afficis ad lectum fratrem cum fletibus ora

Fœdantem sua, cui talia verba facis.

Dic mibi cur ploras charissime frater? euntem

Indēne tristando me reuocare cupis?

Quid pro sunt fletus? quidnam tua lumina turbas?

Quid mibi cum lachrymis utilis esse potes?

mibi Tūne inuidas æternæ gaudia vitæ?

Desine: quæ facio, perfice, iussa, precor.

Tu mibi cum dulci valedicas matre sorores,

Quas tibi curatas semper habere velis.

Hæc etiam matri mea verba nouissima dicas,

Ne ferat hanc mortem tristior illa meam.

Pro meritisq; meo magnas huic nomine grates,

A puer o fuit me quibus illa, refer.

His dictis alijs valedicis Marce: Magistrum

Et cunctos veniam iam moriture petis.

Et simul insidias Sathanæ mortisq; repellis,

His, quos postremos edis ab ore, sonis:

Noxia mors vbi sunt tua tela? Inferne potest as

Quanta tua est? vel vbi? quæ manus? atq; furor?

B v Sunt

Sunt equidem fateor mea crima magna, sed vnum  
Ob C H R I S T I meritum gratia maior adest.  
Sic etenim Mundum D E V S hunc dilexit, vt ipsum  
E cæli natum miserit arce suum.  
Omnis vt huic credens pereat ne morte perenni,  
Sed viuat viuens semper vt ante D E V M.  
Tum petis à nobis Simeonis carmen ad auras,  
Cantari in medio latus agone tuas.  
(Nostraq; præ lacrymis cum vox languesceret ipsa)  
Illiū repetens ultima verba sonas.  
Post quæ facta cupis modicūm captare quietem:  
Hæc æterna statim redditā M A R C E tibi est.  
Et te nunc melior seruat cœlestis & aura,  
Æterna præsens luce videsq; D E V M.  
Nec tua concedent extingui nomina Musæ,  
Artibus insignis dum VViteberga manet.  
Hic etenim summo tua sunt insignia templo  
Extruēta, & tumulo carmina facta tuo.  
Quæ genus antiquum referunt, virtutis auorum  
Signa, decus patriæ, dona animiq; tui.  
Addo quod inde D E I rursus lucescere verbum,  
Cœperit, vt referunt scripta L V T H E R E tua.  
Adde quod æterna celebrandus laude Melanthon,  
Hic cubet: Aönij verus Apollo chori.  
Cui meritò acceptum soli Germania debet,  
Ex tenebris artes quod rediere scholis.

His

His ergo ante alias celebris *VViteberga*: quiescis  
Hic ubi cum tantis optime *M A R C E* viris.  
Quis tibi perpetuum mansurum nomen in ævo,  
Non putet, es quoniam hac contumulatus humo?  
Non cadet in totum tua *Gens Hohfeldica*, solo  
Nitatur quamvis sospite fratre domus.  
Sed mi *M A R C E* vale, & cœlestibus vtere donis,  
Promeruit *CHRISTVS* quæ tibi morte sua.  
Postremamq; tui vocem cognosce ministri,  
Talia pro meritis qui tibi iusta facit.

*F I N I S.*

